

OPERVVM
IOANNIS
CORASII IURE
CONSULTI CLARISSIMI &c.

Tomus Posterior.

CONTINENS REPETITAM LECTI-
TIONEM DIGESTORVM, ET ANNOTATIONES AD
aliquot leges & titulos Cod. & Institutionum; itemq; tractatus quos-
dam, & quædam miscella, epistolicas quæstiones, Arrestum & Sæta
Tolosana; dedicatorias etiam epistolas,
atq; similia.

Elenchi rubricarum, legum, tractatuum &c.
initio præfixi sunt.

*Sub calcem huius Tomi, rerum ac verborum locuple-
tissimus index accessit.*

*Expurgado por
el indice de
año 1707 y
mado con
fada del
hal D. Saman*



*Expurgado conform
al catalogo de
año 1707*

J

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
ELECT. SAXONIE SPECIALI

VVITEBERGÆ,

Suntibus Clementis Bergeri Biblioposæ
Excudebat Iohannes Schmidt.





SERENISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

D. CHRISTIANO II.

DVCI SAXONIÆ,
LANDGRAVIO THVRINGIÆ,
MARCHIONI MISNIÆ,
BVRGGRAVIO MAGDEBVRGENSI,
SACRI ROMANI IMPERII ARCHI-
MARSCHALLO ET ELECTORI;
&c.

Pietatis, justiciæ, libertatisq; vindici;
Publicæ rei gerendæ sapientissimo,
juris religiosissimo:

*Bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum
quoq; exhortatione efficere cupienti,*

Literarum & literatorum fautori summo;

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

*Hanc aram in justiciæ Romane templo,
uti siet volens propitius mihi, meisq;*

DICO, DEDICOQVE,

Et longam vitam ac perpetuam felicitatem precor;

Ill^m Seren^{iss} ipsius

Subiectissimus

VALENTINUS GVILIELMUS
FORSTERVS V. L. D.



IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRISCON- SVLTI IN DVODEVIGINTI TITVLOS EX PRIORIBUS PANDECTARVM,

SCHOLIA.

DE STATU HOMIN. TITVLVS I.

- 1 Status pro conditione.
- 2 Homo dignissima creaturarum.
- 3 Ingenius quis.
- 4 Libera mater secundum naturam.
- 5 Res iudicata pro veritate.
- 6 Ingenius esse potest, qui seruus nascitur.
- 7 Ius aureorum annulorum.
- 8 Legitimi & illegitimi.
- 9 Masculorum melior conditio.
- 10 Serui qui, & cuius dicti.
- 11 Serui & iure gentium, & civili.
- 12 Germani in alex ludoplus satis calefcunt
- 13 Libertini qui.



Tatum hic, pro conditione accipe. *l. & seruum. l. de tit.* Et quoniam omne ius quo utimur, hominum gratia constitutum, vel ad personam pertinet, vel ad res, vel

- ad actiones: & personam, hoc est homines, ceteris rebus creatis sunt digniores. *l. iustissime. ff. de edil. edict. de personarum statu, & conditione, tradit in primis Legislator.* Summa autem de iure personarum divisio, hæc est: quia omnes homines, aut liberi sunt, aut serui. *l. 2.* Liberi autem, vel ingenui, vel libertini. Ingenui sunt qui ex matre libera nati sunt. *l. & seruum. §. ingenui.* non spectato patris statu, qui tamen si seruus sit, non tamen impedit, quominus ex matre natus libera, sit ingenuus. *§. sed & si quis. de inge. in Insti.* Liberam vero attendimus, secundum naturam, unde licet ultimo supplicio damnata serua pena efficiatur. *l. ane damnatum. §. est pena. ff. de pen.* quia tamen naturali causa inspecta, libera est, parus ex ea natus liber nascetur. *l. imperator. 2.* Scit est præterea matrem, aliquo tempore eum prægnans erat, liberam fuisse, ut parus liber nascatur. *d. §. ingenui.* vel liberam esse debuisse, ex lege pura donationis licet verè ancilla fuerit. *l. herennius.*
- 5 Rufus qui res iudicata, pro veritate accipi-

unt: ingenium eum dicimus, de quo sententia lata est, quamvis verè libertinus fuerit. *l. ingenuum.* Sunt item qui licet serui nati sint, ex pacto tamen iuris interuentu, ingenui fiunt: veluti si libertinus, à principe natalibus suis fuerit restitutus, qui perinde habetur, ac si ingenuus, medio tempore maculam seruitutis non sustinisset. Illis etenim natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cum seruus natus sit. *l. 2. & l. p. ff. de nat. restit.* Denique quidam ut ingenui vivunt, & sic libertini moriuntur, veluti libertus, qui ius aureorum annulorum, à principe consecutus est. *l. etiam in prin. ff. de iur. libert.* Est autem ius annulorum donatio. Idem sermè inquit *Rud. in annota.* quod hodie facere equitem dicimus. Plane liberorum sunt hominum, quidam sunt legitimi, qui ex iustis & legitimis nuptiis nati sunt. *l. cum legitima. hoc tit. & l. filium. ff. de his qui sunt sui.* Quidam illegitimi, ut qui ex improbatio conu nati, partem certam deminiscere non possunt: vel si possunt, eam habent, quem habere non licet: Qui propterea sperij dicti sunt. *l. vulgè. illegitimi quoq; sunt, ex improbatio nuptiis & dicit. l. Paulus.* vel qui contra formam humani generis, conuerso more procreantur. *l. non sunt liberi.* Liberorum præterea alij masculi sunt, alij femine, alij vtrunq; sexum habentes: quos hermaphroditos vocamus. *l. quantitas.* Est autem deterior, inquit Ulpianus, in multis iuris nostri articulis feminarum quam masculorum conditio. *l. tu multum.* ubi dicimus.

Serui sunt, qui à nativitate dominio alieno subiunguntur: ideo sic dicti, quod imperatores, captivos (qui primùm seruitutem experti sunt,) ut venderent, non necabant, sed eos vivos seruibant diligenter. Mancipia verò dicta sunt, quod ab hostibus manu capiuntur. *l. libertas.* Rediguntur autem in dominium nostrum serui, vel iure gentium: ut qui ab hostibus capiuntur, aut ex ancillis nostris nascuntur, vel iure civili: ut si quis maior xx. annis, ad pretium participandum se vendendi passus est. *l. & seruum. §. 1.* qui ideo ad libertatem proclamare non potest. *l. libertus. ff. de liber. caus. l. 1. ff.*